

- 43 Alia vide verb. Vicarius parochialis ad n. 10. ad n. 14.
- 44 De eo saepe disputari solet, an parochus, qui vel interitum vel diminutionem passus est redditum parochialium, agere vel pro congrua, vel pro eius supplemento valeat adversus illos, qui decimas, vel alia bona parochie possident. Affirmant ex test. in cap. De Monachis, de prebend. Wames. consil. canon. 172. num. 13. Gratian. discept. forens. cap. 366. num. 2. & seq. Loter. de benef. lib. 2. quest. 11. num. 27. & sequent. Rota in Leodiens. congrua, 27. Januarii 1716. §. 2. coram bon. mem. Ferr. & in Toletana decimarum de Capilla super congrua 9. Decembris 1702. §. Quo vero, cor. bon. mem. Foscari. & in Thelesina congrua 18. Jun. 1731. §. Et in his, cor. Eminentiss. Rezzonic.
- 45 Idque adeo verum est, ut nec centenaria, nec immemorabilis à decimatoribus allegati valeat contra parochum, qui ex immutato rerum statu deficientem sibi congruam assignari petit ex decimis, vel aliis parochie bonis, ut prosequitur, Rota in dict. Toletana decimarum de capilla super congrua 9. Decembris 1720. §. Quoad immemorabilem, cor. bon. mem. Foscari.
- 46 Alia autem hic oritur questio, utrum plures possessores decimarum, vel aliorum bonorum parochie teneantur in solidum, an singuli pro rata? Laicos haud posse conveniri, si sint ecclesiastici, qui pariter possiderent decimas, vel alia parochie bona, videtur firmare Rota in Moguntina reparacionis chori 29. Aprilis 1748. §. 8. & sequent. cor. bon. mem. de Vais, & 4. Julii 1746. §. 47 coram Illustrissimo Clemente, in quibus decisionibus licet agatur de onere reparacionis ecclesie, idem tamen obtinere debet quoad onus congrue.
- 48 Ecclesiasticos vero posse in solidum conveniri, salvo tamen ei, qui convenitur, jure agendi contra ceteros, tenet Porray de congrua portione lib. 1. cap. 16. num. 19.

mendicare, seu negotiis secularibus se immiscere, propter congruæ defectum, in sacris constituti cogentur, tamquam actione eorum statui minus congruentes; hac quoque de causa D. Carolus II. & Philippus V. gratum acceptumque tulit, antequam inita esset concordia, quod à Sanctitate D. Innocentii XII. fuisset publicari mandatum, ne imposterum beneficiis curatis, etiamsi patronatus fuerint laicorum, pensiones imponerentur (1).

Auctor in questionem deducit adversus quos, si parochiarum redditus interitum, aut diminutionem sint passi, agere pro congrua, ejusve supplemento queat parochus; an adversum decimas, seu parochie alia bona possidentes? Non dissentit à communi affirmativa responsio; at vero, cum beneficia quacunque simplicia natura sua ad parochiarum reversionem, casu in quo ista careant decenti sustentatione, sint subiecta; nihil demerandum, quod priusquam ad subalternum remedium, hoc est, ad assignationem in primitiis, & decimis deveniant, inspiciatur preventum, illorum esse unionem faciendam, in ea parochia existentium; sint minus omnes decimarum participes, ecclesiastici, sive seculares, ab earum contributione pro rata non liberantur, per consequens neutri poterunt in solidum conveniri (2).

tulo de ellas, no pueden vivir con la decencia correspondiente à su estado, y del que nace, se mezclen à tratos y exercicios menos decorosos; para atajar estos inconvenientes parece al Consejo que me sirva interponer con su Santidad para que expida Breve à todos los Obispos, à fin de que en su diócesis puedan unir las capellanias, asi de ordinaria colacion, como de patronato, hasta que componga de dos ó mas capellanias congrua competente, la qual debe quedar al arbitrio de los Ordinarios, señalando en cada diócesis la que pareciere competente, asi para la sustentacion, como para poder vivir el eclesiástico honesta y decentemente, pues segun la variedad de las provincias que componen estos reynos, no puede ser igual la congrua en todas partes, y que lo mismo executen en las capellanias que fueren de la jurisdiccion de los Abades, y otros exentos, que estuvieren dentro del territorio de su diócesis: Vide verb. Bona. Ord. Circul. Regia Camerae 12. Junii 1769. §. 1. & 3. lit. D. p. 73. perlege totum.

(1) Auct. Acord. 3. tit. 3. lib. 1. Me he conformado con la consulta del Consejo; y mando que por medio del Embaxador: se agradezca à la Santidad del Señor Inocencio XII. el haber mandado publicar en la Dataria, que à los beneficios curados de España, aunque sean de Patronato de legos, no se pueda cargar pension alguna: Concordat. ann. 1737. §. 14. Que en consideracion à el presente Concordato, y en atencion tambien à que regularmente no son pingües las parroquias de España,

- Nec ab hac negativa opinione alienum videtur Tribunal Rotæ in dict. Moguntina reparacionis chori. At Wames. consil. canon. 453. n. 1. & 2. Louvrex dissert. canon. 15. num. 50. Barbosa de paroch. part. 1. cap. 13. num. 2. Christin. decis. Belgic. decis. 24. num. 6. eadem Rota in recent. decis. 184. num. 17. & 19. part. 17. in ea sunt sententia, ut nonnisi pro rata teneantur.
- Monet vero Louvrex dict. dissert. canon. 15. n. 51. quod si quis sit decimator simul, & parochus primitivus, curam scilicet habitualem obtineat, is prius teneatur ad congruam, vel ad supplementum ipsius congruæ. Tunc enim, ait, presumendum est, portionem decimarum, quam parochus habitualis possidet, illam esse, que olim ante ecclesie unionem ad rectorem spectabat, & que proinde prius excutienda est, quam contra alios decimatores agi possit. Convenit etiam Van. Espen de congrua portione, cap. 4. n. 9.
- An in libertate eorum, qui decimas, vel bona alia parochie possident, sit ea dimittere, ut se liberent ab onere congruæ: Et num id ipsum obtineat in parochia primitivo? Confer Louvrex dict. dissert. canon. 15. n. 54. & plur. sequent. ubi quod in subsidium teneatur parochiani ad congruam, vel ad ejus supplementum.
- (Omnia ut majorem recordationem mereantur, recognoscere est necesse lit. D. ex pag. præcipue 16. vide ad p. 86. in novis. hisp. lit. B. p. 304. art. 2. pag. 376. art. 2. & 3. Ne oblivioni tradatur nov. addit. hisp. verb. in fin. Patrimonium, ibique remissive multa invenies.)

- CON-
- 61 Conjugatus quomodo possit, vivente uxore, Episcopus ordinari, ac ad Cardinalatum & Papatum quoque exaltari, ad num. 63.
 - 62 An vero possit etiam ad Papatum evectus ab uxore ad consortium, & debitum conjugale revocari; & quid postea, ad num. 67.
 - 63 Quando conjugatus, sacris ordinibus jam susceptis, possit ab uxore ad consortium conjugale revocari; & quando ipsa uxor post ejus mortem possit aliud matrimonium contrahere, & quando non, ad n. 70.
 - 71 Conjugatus sine spontanea uxoris licentia ad sacrum ordinem transiens quas penas incurrat; & quid, maxime non adhuc consummato matrimonio, facere teneatur, ad num. 72.
 - 73 Utrum unus conjugus agnita invaliditate matrimonii debitum petere, vel reddere possit.
 - 74 Quoad debitum conjugale, & divorcium, Lectores alibi remittuntur, ad num. 76.
 - 77 An opus conjugii ob solam voluptatem peractum, delectatio morosa in actu, vel de actu conjugii, tactus, amplexus, & similia, sint unquam peccata lethalia, & quomodo, ad num. 81.
 - 82 Quoad donationes inter conjuges, bona conjugum, subventiones ratione conjugii, proprietatem & jus dotium, & alia, Lectores remittuntur alibi, ad numer. 86.
 - 87 Subneantur additiones ex aliena manu, ad numer. 106.
- CONJUGES dicuntur mas, & femina in legitimo matrimonio conjuncti. Communis.
- 1 Matrimonium vocatur conjugium à conjungendo sub uno mutuo jugo, quia virum & mulierem sub uno eodemque quasi mutuo jugo ad servandam fidem, & onera matrimonii sustinenda constituit; Catechismus romanus de matrimonio cap. 1.
 - 2 Post contractum, & nondum consummatum matrimonium habent uterque conjugus bimestre ad deliberandum, an in conjugio manere, vel ad religionem transire velit; Communis, textu expresso in cap. Ex publico 1. de conversione conjugatorum. Intra dictum bimestre uterque conjugus licite petit, & licite etiam negat debitum conjugale; Communis, arg. cit. cap. Ex publico: Uterque

CONJUGES, CONJUGIUM.

SUMMARIUM.

- 1 Conjuges qui dicantur; & matrimonium cur vocetur conjugium, ad num. 2.
- 2 Uterque, nondum consummato matrimonio, uterque conjugus possit ad religionem transire, ad num. 7.
- 3 Post terminum vero elapsum an teneatur conjugus debitum alteri reddere; & si religionem ingreditur ante consummatum matrimonium, quid faciendum, ad num. 11.
- 4 Et quid, si matrimonio jam consummato, ad n. 13.
- 5 Quos pariat effectus votum castitatis in conjugio.
- 6 Quo casu, & quibus expletis conditionibus possit unus conjugus cum consensu alterius post consummatum matrimonium ad religionem transire, ad numer. 21.
- 7 Quid, si unus religionem ingreditur, alteri conjugum incumbat; utrum ille unquam à religione revocari, & ite ad religionem compelli possit; & que Episcopi inter utrumque sint aliquando facultates, & partes, ad num. 25.
- 8 Quid juris competat conjugii innocentis adversus adulterum, ad num. 34.
- 9 Quid juris tribuat conjugii fideli adulterium spirituale alterius conjugis; & quamquam sit ecclesia catholica doctrina & praxis circa matrimonia cum hereticis, prolis exinde procreata institutionem, & reliqua, ad num. 55.
- 10 Que requirantur, ut conjugatus valeat promoveri ad ordines sacros, ad num. 60.
- 11 Conjugatus quomodo possit, vivente uxore, Episcopus ordinari, ac ad Cardinalatum & Papatum quoque exaltari, ad num. 63.
- 12 An vero possit etiam ad Papatum evectus ab uxore ad consortium, & debitum conjugale revocari; & quid postea, ad num. 67.
- 13 Quando conjugatus, sacris ordinibus jam susceptis, possit ab uxore ad consortium conjugale revocari; & quando ipsa uxor post ejus mortem possit aliud matrimonium contrahere, & quando non, ad n. 70.
- 14 Conjugatus sine spontanea uxoris licentia ad sacrum ordinem transiens quas penas incurrat; & quid, maxime non adhuc consummato matrimonio, facere teneatur, ad num. 72.
- 15 Utrum unus conjugus agnita invaliditate matrimonii debitum petere, vel reddere possit.
- 16 Quoad debitum conjugale, & divorcium, Lectores alibi remittuntur, ad num. 76.
- 17 An opus conjugii ob solam voluptatem peractum, delectatio morosa in actu, vel de actu conjugii, tactus, amplexus, & similia, sint unquam peccata lethalia, & quomodo, ad num. 81.
- 18 Quoad donationes inter conjuges, bona conjugum, subventiones ratione conjugii, proprietatem & jus dotium, & alia, Lectores remittuntur alibi, ad numer. 86.
- 19 Subneantur additiones ex aliena manu, ad numer. 106.

enim potest libere, & licite uti jure sibi à lege in dict. capit. Ex publico concessio.

Si intra dictum bimestre à Jure concessum vir ab uxore invita copulam vi obtineat, potest uxor adhuc ingredi religionem, saltem in casu, quo ipsa viro vim inferere nitenti excipiendo manifestaverit se velle ingredi religionem, aut circa hoc nondum plene deliberasse; Glos. in cap. ult. verb. Invitus dist. 55. Abbas in c. Verum num. 9. de convers. conjugatorum; Joann. Andreas in cap. Quæ contra Jus 64. num. 6. de regul. Jur. in 6. Fagnan. in cit. cap. Ex publico 7. num. 27. de conversione conjugatorum, Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 22. num. 6. La Croix lib. 6. part. 3. num. 421. cum aliis ibi citatis, Pirhing. lib. 3. decret. tit. 31. num. 56. Reiff. ibid. num. cum communiori, & probabiliori aliorum contra Zoesium, Armillam, Silvestrum, & nonnullos alios; & ratio nostra est, quia sine culpa nemo debet suo Jure privati, cap. Discretionem 6. ad fin. de eo, qui cognovit Rem enim, quæ culpa caret, damnum vocari non convenit; cap. Cognoscens 2. de constitutionibus: Neque debet quis alterius odio pragrari; cap. Non debet 22. de regul. Juris in 6. & leg. Non debet 74. ff. de regul. Juris, cum peccata suos debeant tenere Auctores; leg. Sancimus 22. cod. de penis, cap. Quæsit 7. de his que sunt à majori parte capituli, adeoque tale indultum mulieri à Jure beneficium non ipsi dissentienti auferendum; cap. Indultum 17. de regul. Juris in 6. tum quia talis maritus injuriam inferit uxori, & inique agit; citat. cap. Ex publico 7. de conversione conjugatorum. Nemo autem ex sua malitia debet commodum reportare, nec ex suo delicto meliorem suam conditionem quis facere potest; leg. Non fraudantur 134. ff. de regul. Jur. cap. Intelleximus 7. de Juriis, cum similibus.

Si ultra bimestre maneant conjuges sine consummatione matrimonii, potest uterque, etiam altero invito, religionem ingredi: Post matrimonium enim ratum, & nondum consummatum semper, etiam post viginti, & plures annos, licitum est cuivis conjugum, etiam altero invito, religionem intrare; Communis, textu expresso in cit. cap. Verum 2. de conversione conjugatorum, ibi: "Verum post consensum legitimum de præsentibus licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere monasterium" (sicut Sancti quidem de nuptiis vocati fuerunt) dummodo carnalis commixtio non intervererit, addita ibidem ratione: Quia cum non fuisset una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, & alter in seculo remanere." Et concordat cit. cap. Ex publico 7. eodem, ubi, ut observat Pirhing. loc. cit. num. 34. Mulier illa, cui potestas transeundi ad religionem datur, jam diu ante matrimonium contraxerat. Immo si ultra bimestre maneant conjuges sine consummatione matrimonii, possunt libere ad religionem transire, etiamsi illicite negassent sibi debitum. Sic expresse La Croix lib. 6. part. 3. n. 419. cum Sanchez, Layman, Gobat ibi citatis, & concordat Gloss. in citat. cap. Ex publico, verb. Infra duorum, Pirhing. loc. cit. num. 54. & alii.

Post dictum bimestre tenetur conjugus debitum reddere alteri, & ad id compelli potest etiam sub pena excommunicationis, si religionem non ingreditur, quam excommunicationem re ipsa incurrit, si intra tempus sibi à Jure præfixum non pareat, Communis, per test. in cit. cap. Ex publico, & Glos. ibid. verb. Infra duorum; Et si etiam post illud tempus elapsum conjugus ingreditur religionem, revocari non debet, valetque professio, & post ingressum absolvendus est ab excommunicatione; Gloss. in cit. cap. Ex publico, verb. Intra duorum; Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 24. num. 28. Pirhing. loc. cit. num. 54. & alii. Per solemnem enim religionis professionem dissolvitur in quocunque tempore quoad vinculum matrimonium ratum, & nondum consummatum, cap. Verum 2. cap. Ex publico 7. cap. Ex parte 14. de conversione conjugatorum, & expressa Concil. Trident. sess. 24. de sacrament. matrim. canon. 6. ibi: "Si quis nixerit, matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi, anathema sit.

Unde si unus conjugum religionem ingreditur, &

in ipsa professionem solemnem emittat, potest alter post dictam emissam professionem libere ad secunda vota transire, seu cum alio matrimonium contrahere. *Communis, textu expresso in cit. cap. Verum 2. de conversione conjugatorum*, ibi: "Et alteri remanenti in seculo (si) commonitus continentiam servare noluerit) licitum est ad secunda vota transire."

12 Post consummatum autem matrimonium nullus conjux potest sine consensu alterius religionem ingredi, & professionem emittere. *Communis, claris textibus in capit. Quidam 3. cap. Cum sit 4. cap. Uxoratus 8. cap. Placet 12. cap. Ad apostolicam 13. de conversione conjugatorum cum similibus.*

13 Et si absque consensu alterius conjugis dictam professionem in religione emittat, jubetur vir ad uxorem, & contra uxor ad virum redire, & declaratur professio nulla, adeo ut nec mortuo altero conjuge ad religionem redire teneatur. *Communis, textu expresso in cap. Quidem 3. cap. Placet 12. de conversione conjugatorum.*

14 Mortuo tamen altero conjuge non potest licite propter simplex votum castitatis alium ducere, nec potest petere debitum a vivente, quamvis ei illud reddere teneatur. *Commun. text. expr. in cit. cap. Quidem, & cit. capit. Placet:* Si vero aliud matrimonium contraheret, esset validum, quamvis illicitum. *Vide infra num. 67.*

15 Potest autem unus conjux cum consensu alterius post consummatum matrimonium ad religionem transire, si requisitae adimpleantur conditiones. *Commun. clar. text. in cap. Sunt qui dicant 19. cap. Agathosa 21. caus. 27. quest. 2. cap. Cum sit 4. de convers. conjugatorum*, ibi: "Prohibemus, ne virum vel mulierem (nisi uterque ad religionem migraverit) transire permittas: Verum si ita uxor senex est, & sterilis, quod sine suspitione possit vesse in seculo, dissimulare poteris, ut ea in seculo remanente, & castitatem promittente, ad religionem transiret vir ejusdem." *Concordat cap. Uxoratus 8. cap. Ad apostolicam 13. ed. ibi:* "Cum autem Vir & uxor una caro sint per copulam conjugalem effecti, nec una pars converti possit ad Dominum, & altera in seculo remanere, profecto non est alter conjux recipiendus ad observantiam regularem, nisi reliquus perpetuam continentiam reprobittat; sed & vitam debet mutare, nisi forte sit ejus etatis, ut sine suspitione incontinentiæ valeat in seculo remanere."

16 Conditiones copulative requisitæ ad hoc ut unus conjux, altero remanente in seculo, possit religionem ingredi, & ibi professionem emittere, sunt quatuor. Prima est, ut interveniat consensus alterius conjugis; *capit. Quidam 3. cap. Cum sit 3. cap. Uxoratus 8. cap. Placet 12. cap. Ad apostolicam 14. de convers. conjugatorum.*

17 Secunda est, ut conjux in seculo remanere volens sit senex *cit. cap. Cum sit 4. de convers. conjugat.* ibi: *Si ita senex est &c. & cit. cap. Ad apostolicam 14. eodem*, ibi: *Si est ita, & est talis etatis &c.* Si enim sit juvenis, quantumvis ob optimos suos mores absit suspitio, & periculum incontinentiæ, debet necessario religionem intrare, ut alter conjux licite & valide ingredi, & profiteri valeat, Abbas in *cap. Conjugatus 5. num. 4. de conversione conjugatorum*, Fagnan. in *cit. cap. Cum sit 4. num. 10. Reiffenstuel. lib. 3. decr. tit. 32. n. 14. & alii.*

18 Quanta autem senectus requiratur ad hoc, ut uno conjuge religionem intrante, possit alter in seculo remanere, arbitrari debet Episcopus cum judicio medicorum, attentis omnibus circumstantiis sexus, temperamenti, seu roboris, & hujusmodi dicti conjugis, an ratione etatis sit jam factus inhabilis ad generandum; cum ubi ratione etatis potentia generandi cessat, etiam calor naturalis incontinentiæ incentivus deficere, & consequenter periculum, ac suspitionem incontinentiæ abesse præsumatur, *arg. cap. Cum sit 4. de convers. conjugat.* ibi: *Si ita uxor senex est, & sterilis, quod sine suspitione possit esse in seculo;* Sic Fagnan. in *cit. cap. Cum sit n. 22. Sanchez loc. cit. n. 16. Reiffenstuel. loc. cit. num. 18. & alii.*

19 Tertia est, ut conjux in seculo remanere volens non sit suspectus de periculo incontinentiæ ratione morum; *cap. Uxoratus 8. de convers. conjugat.* ibi: "Quæ intergræ opinionis existat, ita quod nulla suspitio habeatur

eam ad secunda vota velle migrare, vel quod minus continenter debet vivere." Si autem non obstante quod sit senex, & sterilis, constet, eum incontinentiæ adhuc esse deditum, vel de incontinentiâ esse suspectum, tunc altero in religionem intrante, debet & ipse intrare, nec potest in seculo remanere; *text. expr. in cit. cap. Uxoratus:* ibi: "Si autem talis fuerit quod suspitio non careat, voto continentie celebrato, à secularium hominum se conversatione removeat, & in loco religioso, ubi Deo serviat, perpetuo commoretur." *Fagnan. loc. citat. num. 9. Pirhing. loc. cit. num. 6. Reiffenstuel. loc. citat. num. 19.*

Quarta est, ut conjux in seculo remanere volens, perpetuum votum continentie emittat; *cap. Cum sit 4. de convers. conjugat.* ibi: *Ut ea in seculo remanente, & castitatem promittente;* *cap. Ad apostolicam 13. ed. ibi: Nisi reliquus perpetuam continentiam reprobittat cum aliis similibus.*

Professio emissa à conjuge cum consensu alterius conjugis, est valida, quamvis non adhibita, & observata sint aliæ tres ultimæ assignatæ conditiones: nulli enim in Jure irrita declaratur talis professio; immo in Jure habetur potius, quod sit valida, ut patet in *cap. Ex parte 9. de convers. conjugat.* ubi cum vir de licentia uxoris sine dictis tribus aliis conditionibus religionem professus, & revocante uxore, iterum egressus, mortua eadem, aliam duxisset, matrimonium fuit declaratum nullum, & vir compulsus religionem priorem intrare, quod aperte declarat, ejus professionem validam fuisse. *Sic Gloss. in cit. cap. Ex parte, verb. De Jure:* Abbas *ibid. num. 2. 3. & 5. Reiffenst. loc. cit. num. 22. & alii, arg. cap. Agathosa 21. caus. 27. quest. 2. & citat. cap. Ex parte 9. de convers. conjugatorum.*

Si conjux in seculo remanens, perpetuam castitatem voverit, conjux de ejus licentia professus nequit amplius revocari, sive conjux in seculo remanens sit juvenis, sive senex, sive de incontinentiâ suspectus, vel suspecta, sive non. *Commun. arg. cap. Præterea 1. de convers. conjugat.* ubi ut patet ex verbis mox adducendis *num. seq.* ad hoc ut professio conjugis de licentia alterius emissa irrevocabiliter valeat, divisive solum requiritur, ut alter conjux, vel ad religionem transierit, vel perpetuam castitatem voverit, non distinguens in hoc casu inter juvenem, & senem, inter suspectum de incontinentiâ, & non susceptum, adeoque &c. cum ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debeamus; *cap. Quia circa 22. de priviil. & l. De pretio 8. ff. de Publiciana in rem actioe.*

An autem, si unus conjux de licentia alterius professionem in religione emittat, & alter in seculo remanens perpetuam castitatem non voveat, professus ad uxorem iterum revocari possit, & debeat variant Doctores. *Reiffenst. enim loc. cit. num. 23. tenet sententiam affirmativam per textum in cap. Præterea 8. de convers. conjugat.* ibi: *Dicimus, quod nisi uxor ad religionem transierit, aut perpetuo castitatem servare promiserit, vir potest, & debet de monasterio revocari,* dicitque sic hic tenere Doctores communiter. Alii vero cum distinctione procedunt sic: Vel conjux remanens in seculo sine emissio voto perpetuæ castitatis, dando licentiam alteri conjugi ingrediendi religionem fuit consensu Juris disponentis non posse uno conjuge profiteri, nisi alter ad id licentiam concedens voveat perpetuam castitatem, si sit senex, & non suspectus de incontinentiâ, & ingrediatur religionem, si sit juvenis, & de incontinentiâ suspectus: *Fuit talis Juris ignarus; si fuit talis Juris ignarus, tunc dicunt posse conjugem professum revocari juxta cit. cap. Præterea:* Si autem fuit talis Juris conscius, tunc dicunt, non posse conjugem professum revocari, quia conjux conscius talis Juris dando licentiam alteri conjugi professionem emittendi, censetur se obligasse ad id, quod Jus requirit; videlicet quod & ipse religionem ingredi vellet, si sit juvenis & suspectus de incontinentiâ, vel perpetuam castitatem voverit, & observare in seculo, si sit senex, & de incontinentiâ non suspectus; nam qui vult aliquid, censetur velle omne id, per quod pervenitur ad illud; *cap. Præterea 5. cap. Prudentiam 21. & cap. Suspicionis 39. de offic. delegat. leg. Cui Jurisdicção 2. ff. de*

de Jurisdicção. leg. ad legatum, ff. de Procurator. Atqui ingressus unus conjugis in religionem non potest irrevocabiliter fieri, nisi alter conjux, vel ingrediatur etiam ipse in religionem, vel saltem in seculo manens voveat perpetuam castitatem, *juxta dict. cap. Præterea 1. de convers. conjugat.* ergo dans conscius talis Juris licentiam, censetur ad alterutrum se obligasse, adeoque conjugem professum revocare non potest. *Abb. cit. cap. Præterea num. 4. & cap. Ex parte 9. num. 2. de convers. conjugat.* & multi alii apud Fagnan. in *cit. cap. Præterea 1. num. 7. & in cap. Conjugatus 5. num. 8. de convers. conjugatorum. Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 33. numer. 15. Pirhing. loc. cit. num. 14. & alii sic intelligentes, & explicantes; dict. cap. Præterea:* Quamvis ipse Pirhing. *ibid. vers. Id autem in fin. dicat non esse improbabilem priorem affirmativam sententiam.*

Conjux remanens in tali casu in seculo, si sit juvenis, & de incontinentiâ suspectus, compelli potest ab Episcopo, ut & ipse religionem ingrediatur, saltem ad evitandas evagationes, & pericula incontinentiæ. *Sic DD. passim; arg. cap. Significavit 18. de convers. conjugat.* Et quidem si fuit conscius Juris, quod dans in tali casu licentiam, & ipse profiteri debeat; *arg. cap. Uxorem 10. caus. 33. q. 5. compellendus est non solum ad religionem ingrediendam, sed etiam ad ipsam profitendam; arg. cit. cap. Uxorem, & cit. cap. Significavit:* In tali enim casu censetur ad id tacite se voluisse obligare. Si autem fuit talis Juris ignarus, compelli solum potest, ut religionem, seu monasterium ingrediatur ad evitandas evagationes, & pericula incontinentiæ, quia nec tacite, nec expresse se voluisse ad professionem obligare censetur. *Sic Abbas in cit. cap. Præterea num. 8. & ibi Fagnan. n. 4. in fin. Sanchez loc. cit. num. 27. Pirhing. loc. cit. num. 14. vers. Porro: Reiffenst. loc. cit. num. 25. & alii.*

Quamvis de Jure communi non requiratur licentia Episcopi, ad hoc ut unus conjux de consensu alterius religionem ingrediatur, ibique valide profiteatur, ut notat Gloss. in *e. Si vir 23. caus. 27. q. 2. Abbas in cit. c. Præterea: Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 32. n. 3. Reiff. loc. cit. n. 11. & ipso teste alii communiter; arg. cit. cap. Præterea 1. de convers. conjugat.* ubi professio conjugis, ignorante Episcopo facta, censetur valida; tamen saltem ut licite fiat talis conjugis professio, licentia Episcopi est necessaria; *cap. Si vir 23. caus. 27. q. 2. ubi ex Synodo Eugenii Papa sic expresse habetur: Si vir & uxor divortere pro sola religio inter esse consenserint vita, nullatenus sine Episcopi conscientia fiat.* *Gloss. in cit. cap. Præterea, verb. Revocari. Layman. lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 7. num. 3. Reiffenst. loc. cit. n. 21. & alii.* Per talem enim ingressum, & professionem fit separatio conjugum quoad torum, quæ sine licentia Episcopi fieri universaliter prohibetur; *cap. Multorum 10. caus. 36. q. 7. Tum quia ex dictis sup. n. 18. ad Episcopum spectat judicare, an aliquis conjux sit ita senex, ut sine suspitione incontinentiæ, altero religionem intrante, & proficente, possit voto perpetuæ castitatis emissio, remanere in seculo; cap. Cum sit 4. de convers. conjugat.*

Quando unus conjux adulterium committit, potest, eo invito, conjux innocens religionem ingredi. *Vid. verbum Divortium num. 44.*

Et si adulterium sit publicum, & notorium, potest conjux innocens ingredi religionem propria auctoritate, non expectata sententia Judicis. *Vide ibid. num. 45.*

Si vero adulterium sit occultum, debet expectare sententiam divortii à Judice. *Vide ibid. num. 46.*

Conjux innocens, si post alterius adulterium ei voluntarie cohabitavit petendo, & reddendo debitum conjugale, non potest, eo invito, religionem ingredi. *Vide ibid. num. 47.*

Sic etiam conjux innocens, si ex post & ipse adulterium committat, non potest invito primo adultero, religionem ingredi. *Vide ibid. num. 48.*

Quando conjux innocens religionem non ingrediatur, sed in seculo manens divortium facit à conjuge adultero etiam quoad cohabitationem, non potest conjux adulter sine licentia conjugis innocentis ingredi religionem. *Vide ibid. num. 49.*

Potest tamen conjux adulter religionem ingredi, & in ea profiteri, etiam inscio & invito conjuge innocente, si hic prius est religionem ingressus, & in ea professus. *Vide ibid. num. 50.*

Quotiescumque vir ob adulterium uxoris, ea invita, potest religionem ingredi, potest etiam ordines sacros in seculo quoque manens recipere. *Vide ibid. num. 51.*

Afferitur, & solvitur instantia. *Vide ibid. num. 52.*

Propter adulterium spirituale potest alter conjux fidelis, etiam alio invito, religionem ingredi, vel sacros ordines suscipere, etiam postquam ad veram fidem redit iterum conjux adulterans; dummodo separatio ob tale adulterium spirituale, auctoritate ecclesiæ, & non propria, sit facta. *Vide ibid. num. 53.*

Propter adulterium spirituale, seu lapsum in hæresim, seu gentilismum, alterius conjugum, potest conjux innocens, etiam propria auctoritate licite facere divortium quoad torum, & cohabitationem; cum hac tamen advertentia, quod, si conjux innocens propria auctoritate, & sine Judicio ecclesiæ divortium fecit à conjuge in hæresim lapsus, & ipse reus hæresis sese ab errore revocaverit, tunc tenetur eum iterum recipere, seu ad eum iterum redire. *Vide ibid. num. 21. 22. 23. & 24.*

Si vero conjux innocens judicio ecclesiæ divortium fecit, non compellitur conjugem conversum recipere, seu ad eum iterum redire, sed potest religionem intrare, si vult. *Vide ibid. num. 23.*

Si tamen religionem ingredi noluerit, etiam hic redire compellitur. *Vide ibid. num. 24.*

Non enim solvitur matrimonium quoad vinculum, si unus conjux transeat ad infidelitatem, seu labatur in hæresim. *Vid. verb. Impedimentum matrimonii, art. 1. num. 95.*

Immo nedum non dirimuntur matrimonia propter hæresim, sed & valide contrahuntur cum hæreticis, si ritu catholico contrahantur. *Vide ibid. num. 96.*

Quinimodo secundum multos matrimonia cum hæreticis, nedum sunt valida, sed etiam licita in locis, ubi hæretici, & catholici permixti vivunt, cum quibusdam tamen conditionibus. *Vide tamen verb. Hæreticus à numero 21. ad 26.*

Talia tamen matrimonia ordinarie sunt illicita sub peccato mortali, nisi Papa dispenset, aut rationabilibus causis excusetur. *Vide verb. Hæreticus à n. 21. ad 26.*

De divortio, deque hæreticorum, atque infidelium conjugis, plura hic addenda, atque explicanda esse Romani Censores monuerunt: Nos vero omnia propriis in locis exponemus. ¶

Impiissimum, & graviter peccaminosum est contra jus tam ecclesiasticum, quam divinum, illud pactum, quod in aliquibus locis dicitur adici matrimonio catholici cum hæretica, nempe in masculi educatur in fide catholica patris, & femina in secta hæretica matris, vel e contra. *Vide ibid. num. 25.*

Net valet immemorabilis consuetudo in contrarium. *Vide ibid. num. 26.*

Si ambo conjuges infideles convertantur ad fidem catholicam, possunt, & debent in matrimonio prius contracto permanere, quamvis cum impedimento ecclesiastico, seu secundum canones dirimenter contraxerint. *Communis, text. expr. in cap. Gaudemus 8. de divortii, juncto ejus Summario, ubi sic expresse habetur:* "Pagani juncti in gradu prohibito lege canonica tantum, conversi ad fidem non separantur." *Et insuper in cit. cap. Gaudemus, assignatur hæc ratio:* "Quia infideles constitutionibus canonicis non arctantur (quid enim ad nos secundum Apostolum eundem de his, qui foris sunt, judicare?) in favorem præsertim christianæ religionis, & fidei, cujus perceptione per uxores se deseri timentes viri possent facile revocari; fideles hujusmodi matrimonialiter copulari libere possunt, & licite remanere conjuncti, cum per sacramentum Baptismi non solvantur conjugia, sed crimina dimittantur."

Si vir infidelis plures habuit uxores, debet ceteris dimissis, solam primam retinere, si hæc etiam convertatur, vel saltem pacifice, & sine periculo perversionis cum converso habitare velit. *Communis, per text. in cit. cap.*

- Gaudemus 8. de divortis, juncto ejus Summario sic expresse dicente: Si paganus prius plures uxores habebat, post fidem susceptam adhaerebit prima. Et ratio est clara, quia cum polygama Jure divino sit prohibita, cum sola prima verum, ac validum contraxit matrimonium.
- 47 Hinc si prima nolit se convertere, nec absque periculo perversionis, & injuria creatoris cum converso habitare velit, non teneatur vir conversus aliam uxorem, seu potius concubinis habitis, retinere, etiamsi omnes se converterent, sed possent pro libito alteri nubere, quia cum nulla ex ipsis, prima excepta, verum, ac validum contraxit matrimonium. Barbosa cum aliis, in cit. cap. Gaudemus num. 11. & sequent. Reiffenstuel. lib. 3. decret. tit. 32. num. 3. & alii passim.
- 48 Si infidelis, secundum ritum suum primam legitimam repudiavit uxorem, & cum secunda contraxit, etiam post susceptum Baptismum dimittit secundam, & adhaerebit primae repudiatae, etiamsi repudiata cum alio contraxisset, nec ipsa vivente, poterit aliam ducere, nisi ipsa prima non conversa renuat habitare cum ipso, vel si consentiat habitare, nolit tamen sine contumelia Creatoris, & periculo perversionis conjugis converti. Communis, text. expr. in cit. cap. Gaudemus, §. Qui autem, ibi: "Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in evangelio reprobovavit, nunquam, ea vivente, licite poterit aliam etiam ad fidem Christi conversus habere, nisi post conversionem ipsius illa renuat cohabitare cum ipso, aut etiamsi consentiat, non tamen absque contumelia Creatoris, vel eum pertrahat ad mortale peccatum, quo casu restitutionem petenti, quamvis de injusta spoliatione constaret, restituito negaretur, quia secundum Apostolum frater, aut soror non est hujusmodi subjectus servituti &c." Et concordat ejus Summarium sic praecise cantans: "Etsi, repudiata uxore, cum secunda contraxerit, etiam post Baptismum dimittit secundam, & adhaerebit primae repudiatae, etiamsi repudiata cum alio contraxisset."
- 49 Secus autem esset dicendum, si ipsa repudiata non solum cum alio contraxisset, sed alias fornicata fuisset, Communis, text. expr. in cit. cap. Gaudemus in fin. ibi: Non tamen dimissor poterit objicere fornicationem dimissae, pro eo quod nuptis alii post repudium, nec aliis fuerit fornicata, & concordat ejus Summarium, ubi sic expresse: Secus si fornicata fuisset.
- 50 Si ex duobus conjugibus infidelibus unus tantum convertatur ad fidem, & alter monitus & rogatus nolit converti, nec cohabitare sine injuria Creatoris, & periculo perversionis conversi, tunc matrimonium, etiamsi fuerit consummatum, dissolvitur quoad vinculum, ita ut conjux fidelis possit aliud matrimonium contrahere cum fidei ante omnem sententiam. Vide verb. Impedimenta matrimonii art. 1. num. 93.
- 51 Tale autem matrimonium non statim ipso facto dissolvitur, cum unus infidelium conjugum convertitur ad fidem, sed tunc primum quando conversus ad alias nuptias actu transierit; unde si alter conjux adhuc infidelis, antequam conjux conversus cum alio fidei contrahat, ad fidem quoque convertatur, huic adhaerere debet; cit. c. Gaudemus 8. de divortis, §. Qui autem, ibi: Quod si conversum ad fidem & illa conversa sequatur, antequam propter causas praedictas legitimam ille ducat uxorem, tunc recipere compellitur; & ibi Gloss. verb. Compellitur; Engel. lib. 3. decret. tit. 32. n. 2. Reiff. ibid. n. 4. & alii.
- 52 Non potest autem conjux conversus ad fidem solvere matrimonium, quando infidelis vult cohabitare sine injuria Creatoris, & sine periculo perversionis conversi, licet nolit ipse converti. Vide dict. verb. Impedimenta matrimonii, art. 1. num. 94.
- 53 Si conjuges infideles habeant prolem, & unus eorum convertatur ad fidem, eidem sive pater, sive mater sit, restitui debet tota proles doli adhuc incapax. Communis, ac certa, text. expr. in cap. Judi. ro. caus. 28. quest. 1. cap. Ex literis 2. de convers. infidel. juncto ejus Summario sic dicente: Si alter infidelium conjugum venit ad fidem, altero remanente in infidelitatis errore, communis proles assignatur converso.

Si autem proles sit jam doli, & rationis capax, ejus libertati relinquatur, an conversum ad fidem, vel potius infidelem parentem sequi velit. Communis per text. in cap. Ad finem 32. caus. 23. quest. 5. ubi expresse dicitur: Quod ad fidem nullus cogendus est invitus: Quod etiam statutum fuit in Concilio Toletano IV. cap. 56. relato, in cap. Judaes 5. dist. 45. ibi: "De Judaes autem praecipit sancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri." Ubi insuper haec ratio subjungitur: "Cui enim vult, Deus miseretur, & quem vult indurat; non enim tales inviti salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma Justitiae; sicuti enim homo propria arbitrii voluntate serpenti obediens perit, sic vocante se gratia Dei propria mentis conversione quisque credendum salvatur, ergo non vi, sed libera arbitrii sui voluntate, & facultate, ut convertantur suadendi sunt, non potius compellendi."

In dubio tamen an proles sit rationis, & doli capax, 55 judicandum est pro favore religionis, & consequenter proles parenti converso est restituenda; arg. cit. cap. Ex literis 2. de convers. infidel. & leg. Sunt personae 43. ff. de religio. & sumptib. funer. ubi dicitur: Summam esse rationem, quae pro religione facit. Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 73. num. 16. Reiffenstuel. loc. cit. num. 7. & alii passim.

Conjugatus in ecclesia latina non potest ad sacros ordines promoveri, nisi ab uxore continentiam proficiente expressam licentiam obtineat. Communis, text. expr. in cap. Conjugatus 3. de convers. conjugator. ibi: Nullus conjugatorum est ad sacros ordines promovendus, nisi ab uxore continentiam proficiente fuerit absolutus; & concordat cap. Sane 6. eodem, cap. Seriatim 14. distinct. 23. & cap. Episcopus 6. distinct. 77.

Et hoc, etiamsi matrimonium nondum fuerit consummatum. Communis, text. expr. in extravagant. Antiquae Joann. XXII. de voto: ubi: Auctoritate apostolica districtius inhibetur, ne quisquam durante matrimonio nondum etiam consummato aliquem de sacris ordinibus praesumat suscipere, nisi prout sacris canonibus noverit consentire.

Potest tamen conjugatus etiam post matrimonium 58 consummatum ad sacros ordines promoveri, etiam sine licentia uxoris, immo ipsa invita, & reclamante, si habeat legitimam divortii causam ob notorium, v. gr. aut legitime probatum ipsius uxoris adulterium: Ob talem enim causam Jure divino; Matthaei cap. 19. & quidem in perpetuum; cap. Significasti 4. de divortis, potest vir imposterum continens dimittere uxorem suam quoad cohabitationem, & sic ipsa etiam invita, & reclamante, ad sacros ordines promoveri. Et ratio est, quia uxor adultera totum suum Jus amisit ad virum; unde sicuti ex dictis supra num. 26. & sub verb. Divortium num. 44. cum communi Doctorem, quando unus conjugum adulterium committit, potest, eo invito, & reclamante, alter conjux innocens religionem ingredi, ita etiam vir innocens potest, uxore adultera invita, & reclamante, ordines sacros recipere, cum non sit major ratio, cur in tali casu uxor invita, & reclamante, possit viri religionem ingredi, & non in seculo manens ordines sacros recipere. Sic Gloss. in cap. Constitutus 15. de convers. conjug. verb. Ad gradum Sacerdotii: & ibi Abbas num. 4. Navarr. l. 4. de sponsalibus, consil. 23. num. 6. Silvester verb. Divortium quest. 17. num. 20. Pirhing. lib. 3. decret. tit. 32. n. 34. Sanchez l. 10. de matrim. disp. 22. num. 16. citans plurimos alios; Reiffenstuel. lib. 3. decret. tit. 32. num. 33. testans de communiori, & probabiliori contra Innocentium, & Joannem Andream, Hostiens. & alios, & eodem lib. 3. decret. tit. 3. num. 32. ubi testatur de communi; arg. cit. cap. Constitutus 15. de convers. conjugat. Vide dict. verb. Divortium numer. 51. & 52.

Non ita liber est conjux innocens ad in religionem ingrediendum, ut re nondum judicata separari, & religionem ingredi possit, praecedere enim debet ecclesiastici Judicis sententia. Publica namque separatio requirit publicam Judicis ecclesiastici auctoritatem ex c. 3. & 6. de divort. alioquin scandalum, & perturbatio oritur, uti Antoine tom. 2. tract. de matrim. quest. 9. an-

animadvertit, cui concinit etiam Cabassutus in theor. & prax. Jur. canon. cap. 28. ubi habet, non posse conjugem religionem ingredi, nisi adulterium juridice probetur. ¶

59 Conjugatus non solum ad sacros, sed nec etiam ad primam tonsuram, & minores ordines promoveri potest sine uxoris licentia, & aliis requisitis numero sequenti assignandis. Gloss. in cap. Conjugatus 5. de convers. conjugat. verb. Ad sacros: & ibi, Joan. Andr. num. 3. & aliis Gloss. in capit. ultim. de temporibus ordinat. in 6. verb. Definitum; Abbas in cap. Sane 2. de Clericis conjugatis num. 3. Barbosa in extravagant. Antiquae. Joannes XXII. de voto num. 4. Reiffenstuel. lib. 3. decret. lib. 3. num. 53. Pirhing. ibid. num. 2. & libr. 3. decretal. tit. 32. num. 57. Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 38. num. 9. & alii passim per text. in cap. ultim. de temporibus ordinat. in 6. ubi expresse statuitur: Quod nullus Episcopus, vel quivis alius clericalem praesumat conferre tonsuram conjugato, nisi voluerit religionem intrare, aut ad sacros ordines promoveri, prout est ad sacris canonibus definitum. Ecclesia enim non permittit, nec potest Episcopus dispensare in hoc, ut conjugatus fiat Clericus ad permanendum in sola tonsura, & solis minoribus, per cap. ultim. de temporibus ordinat. in 6. & Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 4. ubi statuitur: "Clericalem tonsuram non esse conferendam illis, de quibus probabilis conjectura non sit, eos non secularis Judicis fingendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum praestent, hoc vitare clericalis genus elegisse." Talis autem probabilis conjectura nequit haberi de clericis uxoris, nisi voluerit religionem intrare, aut ad sacros ordines promoveri.

60 Ut conjugatus igitur ad ordines promoveri possit, praeter licentiam uxoris, requiritur etiam ut ipsa uxor in seculo manens, perpetuum castitatem voveat, sit sit senex, & sine suspitione, ac periculo incontinentiae; si autem sit juvenis, vel suspecta de incontinentia, etiam religionem ingredi debet, juxta dicta supra num. 24. Et ratio est, quia si uxor professi in religione, cum est senex, & sine suspitione, ac periculo incontinentiae, sufficit quod in seculo manens perpetuum castitatem voveat, ita cum est juvenis, vel suspecta de incontinentia, requiritur insuper, ut religionem, seu monasterium ingrediatur; cap. Cum sis 4. cap. Uxor 7. ad apostolicum 13. de conjugat. multo magis id dicendum est de uxore Clerici secularis promoti ad ordines, quia facilius potest talis Clericus uxorem invisere, ideoque majus subest periculum incontinentiae, quam ex parte professi in religione; sic Gloss. fere communiter recepta in cap. Conjugatus, verb. Ab uxore, de convers. conjugator. Abbas num. 4. La Croix lib. 6. part. 2. num. 220. testans de communiori, & probabiliori, Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 39. num. 6. Pirhing. loc. cit. num. 59. & alii per text. in capit. Episcopus 7. dist. 77. sic habetur: Sane si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, religionem promissa, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur. Vide supra num. 24. & discurre ut ibi.

61 Conjugatus non potest ordinari Episcopus, nisi de expressa licentia uxoris, & nisi ipsa uxor prius religionem proficiatur, nec sufficit, quod illa perpetuum castitatem in seculo voveat, quamvis sit senex, & sine suspitione incontinentiae. Comm. text. expr. in cap. Sane 6. de convers. conjug. juncto ejus Summario, sic expresse dicente: Uxoratus in Episcopum promoveri non potest, nisi uxor religionem proficiatur. Cum enim ibi Pontifex generaliter loquatur de uxore Episcopi, non distinguens de senex, aut Juvene, de suspecta, aut non suspecta incontinentiae, etiam non indistincte de quacumque uxore Episcopi intelligere debemus, cum verba generaliter sint intelligenda, & ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debeamus; cap. Quia circa 22. de privileg. & leg. De pretio 8. ff. de publicana in rem actio.

62 Ut autem conjugatus possit promoveri ad Cardinalatum, requiritur requisitus uxoris in religionem solum in illo casu, in quo requiritur talis ingressus pro uxore conjugati promovendi ad ordines; Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 41. num. 4. Pirhing. loc. cit. num. 63. in fine,

& alii; & ratio est, quia non habetur in hoc casu ratio, quae aliud statuendum cogat, nec reperitur Jus speciale aliquod specialiter decernens de uxore promovendi ad Cardinalatum, sicuti de uxore promovendi ad episcopatum reperitur in cit. cap. Sane 6. de conversio-
ne conjugatorum.

Ut tamen conjugatus possit promoveri ad Papatum, 63 requiritur, quod ejus uxor, sicuti dictum est supra numer. 61. de uxore Episcopi, prius religionem proficiatur, arg. cit. cap. Sane 6. de convers. conjugat.

Conjugatus absque licentia uxoris ad presbyteratum, 64 episcopatum, cardinalatum, & papatum promovetur, potest ab ipsa ad consortium conjugale revocari, & tunc teneatur ei reddere. Et ratio est, quia conjugatus per talem promotionem non potest praedjudicare Juri, quod habuit uxor in corpore ipsius, juxta Apostolum 1. ad Corinb. cap. 7. num. 4. ibi: Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, etiamsi bona fide promotus fuisset, & putans uxorem jam fuisse mortuam. Vide verb. Papa, art. 1. num. 50.

Non potest talis conjugatus debitum petere, quia 65 obligaretur voto castitatis annexo ordini sacro suscepto, quod votum servare teneatur, in quantum lex matrimonii permitteret, scilicet, debitum conjugale non exigendo, quamvis illud reddere posset, & teneatur. Communissima.

Nec talis conjugatus posset, mortua dicta sua uxore, 66 ad alias nuptias transire, & si de facto aliud matrimonium contraheret, illud esset nullum: Votum enim annexum sacro ordini est solemne, adeoque impedit matrimonium imposterum contrahendum, ac dirimit contractum; cap. unic. de voto in 6. Reiffenstuel. lib. 3. decret. tit. 3. num. 39. & 40. Pirhing. lib. decret. tit. 32. n. 61. verb. Notandum 2. Abbas in cap. Placet 12. de convers. conjug. num. 7. Sanchez loc. cit. disput. 38. numer. 24. & alii passim.

Nec valet objicere, quod sicuti conjugatus, qui sine 67 licentia uxoris est professus religionem, & ab ipsa revocatus, post mortem illius ad alias nuptias transire potest, saltem valide, etsi non licite propter simplex votum castitatis, juxta cap. Quidam 3. & cap. Placet 12. de convers. conjugat. ita etiam conjugatus, qui sine licentia uxoris est promotus ad sacros ordines, & ab ipsa revocatus, post mortem illius ad alias nuptias saltem valide, non licite transire poterit. Non valet, inquam, cum ad sit magna disparitas, & ratio disparitatis, seu diversitatis est, quia in tantum conjugatus sine licentia uxoris professus, & ab ipsa revocatus post mortem illius ad alias nuptias saltem valide transire potest, quia talis professio fuit irrita, & invalida, adeo ut nec mortua uxore, teneatur ad religionem redire, per textum in cap. Quidam 3. & cap. Placet 12. de convers. conjugat. juxta dictum supra num. 13. & ideo per illam professionem irritam, & nullam, non potest dirimi matrimonium subsequens, sicque si talis conjugatus, mortua uxore, aliud matrimonium contrahat, erit validum, quamvis illicitum, ex quo licet defectu consensus, & licentia uxoris suum votum non fuerit solemne, fuit tamen simplex castitatis; at vero ordo sacer etiam sine licentia uxoris est valide collatus, & receptus, & in ejus collatione, & susceptione ex ecclesiae constitutione intervenit, non solum votum simplex, sed & solemne castitatis, aptum ad impediendum jam contractum, tunc expresso in cap. unic. de voto in 6. adeoque talis conjugatus in sacris ordinatus non posset, sicuti posset professus, mortua uxore, ad alias nuptias valide transire, & si de facto aliud matrimonium contraheret, illud esset nullum; sic Abbas in citat. cap. Placet 12. num. 7. de convers. conjugat. Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 38. num. 24. Pirhing. lib. 3. decret. tit. 32. num. 81. vers. Notandum 2. & alii.

An autem si conjugatus cum uxoris spontanea licentia ad ordines sacros sit promotus, & ipsa uxor in seculo manens perpetuum castitatem non voveat, possit ab ipsa revocari ad consortium conjugale? Discurrendum est juxta dictam distinctionem supra num. 23. ut praeter Doctores ibi citatos tenent etiam Gloss. in cap. Seriatim

14. *verb.* post mortem *dist.* 32. Henric. in *cap.* Uxoratus 5. num. 12. de *convers. conjugat.* Angel. *verb.* Matrimonium 4. num. 9. apud Fagnan. in *cit. cap.* Uxoratus numer. 9. quamvis ipse in num. 8. dicat, quod consentiunt omnes, tam Theologi, quam Canonistae, quod tali casu absolute non possit uxor revocare virum, cum eo ipso quod licentiam dederit viro suscipiendi sacros ordines, censetur etiam voluisse castitatem, & privatam esse usu conjugii, & consequenter etiam Jure revocandi virum.
69. Si conjugatus cum licentia spontanea uxoris sacros ordines suscepit, tunc uxor non potest eo mortuo, valide aliud matrimonium inire; *cap.* Quia sunt 10. *dist.* 28. & *ibi gloss. fin.* Azorius *part.* 1. lib. 13. *cap.* 14. *quest.* 11. Sanchez *loc. cit. disp.* 40. num. 3. Pithing. *loc. cit.* n. 61. *vers.* Notandum 4. Et ratio est, quia ex ecclesiae constitutione ob reverentiam ordinis sacri suscepti à viro cum spontanea licentia uxoris vovens castitatem, ipsa quoque reddita est inhabilis ad aliud subsequens matrimonium ineundum.
70. Si autem vir ordinem sacrum susceperit, uxore contradicente, vel ignorante, potest ipsa, eo mortuo, aliud matrimonium valide contrahere, quia delictum viri non debet praedjudicare uxori, cum peccata suos debeant tenere Auctores; *cap.* Quasivit 2. de *bit.* que sunt à *majori parte capituli; leg.* Sancimus 2. *cod. de panis.* Nec debet alterius odio praegravari; *cap.* Non debet 22. de *regul. juris* in 6. *leg.* Non debet 74. *ff. de regul. juris.* Et rem, quae culpa caret, in damnum vocari non debeat, *cap.* Cognoscens 2. de *constitutionibus*; sic Sanchez *loc. citat. num.* 4. Pithing. *loc. citat. num.* 61. *vers.* Notandum 3. & alii passim.
71. Conjugatus sine spontanea uxoris licentia ad ordinem sacrum transiens fit irregularis, & nequit, durante matrimonio, immo nec matrimonio per obitum, ut professionem religiosam uxoris soluto, in suscepto ordine ministrare, nec ad superiores ordines provehi, nec ad aliquid beneficium, vel officium ecclesiasticum promoveri, nisi aliquam de religionibus approbatis canonicè fuerit ingressus, quo casu poterit Episcopus super praemissis cum eo dispensare. *Communis, text. express. in extravagan. Antiquae, Joan. XXII. de voto, & voti redemptione.*
72. Et si matrimonium nondum fuit consummatum, talis conjugatus sine spontanea licentia uxoris ad ordines sacros promotus est instanter monendus, & inducendus ab Episcopo ad religionem ingrediendam; & si religionem nonerit ingredi, si sponsa ejus institerit, est per ecclesiasticam censuram ad consummandum matrimonium compellendus. *Communis, text. express. in citat. extravagan. Antiquae in fine, ibi: "Ad ingressum hujusmodi sic ordinatum (si matrimonium consummatum non fuerit) per diocesanum instanter moneri praecipimus, & induci: Quod si forsitan renuerit adimplere, ipsam (si sponsa ejus institerit) per censuram ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimonium consummare."*
74. Si unus conjux pro certo cognoscat invaliditatem matrimonii, eo quod indubitanter sciat subesse impedimentum dirimens, quamvis hoc in facie ecclesiae probare nequeat, non solum non potest petere, sed nec reddere debitum, non obstante, quod per sententiam judicalem ecclesiae, vel etiam per excommunicationem ad id compellatur, aut ab altero conjuge absque gravi scandalo, aut etiam absque manifesto vitæ periculo, discedere nequeat. *Vide verb.* Debitum conjugale, *art.* 1. *numer.* 51. & 52.
75. Quando conjuges debitum conjugale possint, & debeant reddere, vel non; *vide verb.* Debitum conjugale, *art.* 2. *per tot.*
76. Quando, & quomodo possint, vel non, conjuges facere divortium; *vide verb.* Divortium, *per tot.*
77. Conjuges opus conjugii exercentes ob solam voluntatem, non vacant culpa veniali. *Communis.* Contraria enim opinio est expressè damnata ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. *proposit.* 9. *ibi: "Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa, ac defectu veniali."*
78. Conjux in actu conjugali cum sua uxore, se morose

delectans in alia, velut praesente, peccat mortaliter, & addit speciem adulterii in confessione explicandam; *vide verb.* Adulterium, *art.* 1. *num.* 6. & *verb.* Delectatio morosa, *num.* 26.

Delectatio morosa de actu conjugii inter conjuges praesentes, dummodo absit periculum pollutionis, non est peccatum mortale; *vide dist.* Delectatio morosa, *num.* 24.

Immo conjux neque mortaliter peccat, si de maritali copula, altero conjuge absente cogitans, in re cogitata morose delectetur; *vide libid. num.* 25.

Omnes tactus, oscula, amplexus, turpiloquia, aspectus lascivi, & hujusmodi, quae sunt inter conjuges sine ordine ad copulam, si fiant cum periculo pollutionis in uno, vel altero, vel pertineant ad sodomitam quamdam inchoatam, sunt peccata mortalia; aliis non sunt nisi venialia; *vide verb.* Luxuria, *num.* 89. *verb.* Tactus, *num.* 12. 13. & 14.

Conjuges an, & quas donationes possint sibi invicem facere? *Vide verb.* Donatio, *art.* 2. *n.* 13. *ad n.* 29.

Quoad ea, quae concernunt bona conjugum; *vide verb.* Bona, *art.* 4. *n.* 1. *ad 37.*

Quibus prius subvenire debeant conjuges, in extrema gravi, & communi necessitate; *vide verb.* Necessitas à *num.* 25. *ad 37.*

Ad quem conjugem spectet proprietas, & dominium dotis, & quid de ipsa in variis casibus; *vide verb.* Dos, *art.* 1. & 3. *per totum.*

Alia ad rem, *vide verb.* Adulterium, *verb.* Bona, *art.* 4. *verb.* Debitum conjugale, *verb.* Delectatio morosa, *verb.* Divortium, *verb.* Donatio, *verb.* Luxuria, *verb.* Maritus, *verb.* Impedimenta matrimonii, *verb.* Matrimonium, *verb.* Necessitas, *verb.* Sepultura, *verb.* Tactus, *verb.* Uxor.

Matrimonio contracto, & nondum consummato potest alter conjugum etiam alio invito intra bimestre religionem ingredi, & remanens in seculo ad secundas nuptias transire, ut recte, *ex text. in cap. 7. de convers. conjugat.* firmat Auctor *num.* 3. & *plur. sequens.*

Quæri hic non incongrue potest, à quo tempore parti volenti religionem ingredi currat bimestre? Sunt qui tenent numerari debere bimestre à die contracti matrimonii; *Vide Zoes. in decret. lib. 3. tit. 32. num.* 20. *Wiestner in hunc ipsum titulum num.* 2. Alii vero sentiunt numerandum à die praefixionis termini factæ à Judice; *Fagnan. in cap. 7. num.* 26. de *convers. conjugat.* Schmalzgrueb. *Jur. eccles. univ. lib. 3. part. 4. tit. 32. §. 1. numer.* 1. ubi quod utilis est resolutio hæc ad cognoscendum, quando conjuges sibi debitum negantes peccent, & quando si sponsus sponsam cogat religionem amplius ingredi eidem non liceat.

Controversia vero est non levis, an intra hoc bimestre à Judice praefixum teneatur ingredi volens profiteri? Ratio dubitandi inde oritur, quod Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 15. de *regular.* statuit, ut professioni annus probationis praemittatur, & quidem sub pena nullitatis; Navarrus summus ille Canonista in utramque partem disputat *cont.* 1. *per tot.* de *convers. conjugator.* sed in *Manual. Confess.* *cap.* 17. *num.* 27. affirmativam tenere videtur sententiam. Hanc ipsam affirmativam sententiam post Vega, Maja, Solis, aliosque acriter tenet *Zoes, in decret. lib. 3. tit. 32. num.* 21. "Ubi probabile inquit, esse quantum ad hanc rem nihil esse immutatum per Tridentinum, quum decretum Concilii sit generale, & posterius, quod solet per priora specialia restringi & explicari &c. Facit ratio Juris antiqui, ne scilicet per moram ingressi detur manent in seculo ansæ peccandi, quæ ratio etiam obtinet Jure novo. Nec videtur quidquam facere negatio universalis posita in *dic. no cap.* 15. quum respondeat generali prohibitioni Juris antiqui, ut non improbabili Jure novum ejus distinctioni adaptandum veniat, & facit quod priora Jura non censentur abrogari per posteriora, nisi sit in iis expressum."

Communior tamen est opinio negativa, secundum quam bimestre illud ad deliberandum tantum datum intelligitur, & propterea is, qui intra hoc tempus ingres-

sus

CONSCIENCIA.

Praemittenda ad articulum de conscientia.

- Utr doctissimis censoribus morem gererem, sequenti de conscientia articulo hanc animadversionem praemittendam duxi, qua lectores moneo, atque hortor ad probabilissimi doctrinam praevendam, atque ad laxas illas opiniones considerandas, quas ex suo probabilismo hausit Auctor noster, atque in omnibus illis locis exposuit, quibus ego ab iisdem censoribus monitus notam, explicationes, atque etiam confutationes adjeci. Primam vero Romanorum Pontificum hæc de re sententiam exponere; deinde Episcoporum in variis synodis decreta & præterea theologica argumenta, quibus probabilismus omnino convellitur; ac demum consecranda illa, quibus notatæ à censoribus propositiones in hoc articulo confutantur.
- Nemo ex probabilistis est, qui non statuat, ac fateatur, Romanos Pontifices in explicanda, atque inculcanda christiano populo morum doctrina, errare non posse. His enim pascendi dominici gregis munus, ac divina illa revelationis depositum concredidit est, atque divina illæ factæ sunt promissiones, quæ certos nos faciunt, nunquam ad mores ecclesiarum portas inferi, hoc est, circa fidem & mores, prevalere posse. Mittimus decreta Romanorum Pontificum, quæ ante primam probabilissimi epocham in favorem sanioris doctrinæ prodierunt. Ac tria tantum edita adversus probabilismum decreta referam. Primum erit Alexandri VII. die 24. Septembris an. 1665. editum, quod sic se habet: "SS. D. N. audit non sine magno animi sui moreore, complures opiniones christianæ disciplinae relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquas iterum suscitari, partim noviter prodire: & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis exerescere, per quam in irrepsit alienus omnino ab evangelica simplicitate, sanctorumque patrum doctrina; & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset christianæ vitæ corruptela. Quare, ne ullo unquam tempore viam salutis, quam supra veritas Deus, cum jus verba in æternum permanent, arctam esse definit, in animarum perniciem dilatarè, seu verius perverti contingeret, idem SS. D. N. ut oves sibi creditas ab ejusmodi spatiosa, lataque, per quam itur ad perditionem, via, pro pastoralis sollicitudine in rectam semitam evocaret, earumdem opinionum examen pluribus in sacra theologia Magistris, & deinde Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus seriò commisit. Qui tantum negotium strenue aggressi, eique sedulo incumbentes, & mature discussis usque ad hanc diem infrascriptis propositionibus &c." *Vide ergo Romanum Pontificem probabilisticum opinandi modum alienum appellare ab evangelica simplicitate, sanctorumque patrum doctrina, dum scribit, modus opinandi irrepsit alienus omnino ab evangelica simplicitate, sanctorumque patrum doctrina; & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset christianæ vitæ corruptela.*
- Alterum decretum est Innocentii XI., qui an. 1679. plurimas propositiones damnavit, & Alexandri VII. prædecessoris sui decretum, pro segregandis salutaribus pascuis ab innoxis probavit iterum, atque inculcavit; & die 26. Junii 1680. hoc aliud ad improbandum probabilismum edidit: "Facta relatione per Lauriam centenorium in literis P. Tyrsi Gonzalez Soc. Jesu Sanctissimo D. N. directis, Eminentissimi Inxerunt; scribendum per Secretarium Status Nuntio Apostolico Hispaniarum, ut significet dicto P. Tyrsio, quod Sanctitas sua, benigne acceptis, & non sine laude perfectis ejus literis, mandavit, ut ipse libere, & intrepide prædicet, doceat, & calamo defendat opinionem magis probabilem, & non viriliter impugnet sententiam asserentium licitum

CONSANGUINITAS.

Vide *verb.* Impedimenta dirimentia matrimonium, *verb.* Cognatio.

) 6588